



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Vers. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

terunt? Concludo didiciſti Auguſtini. Serm. 3. de Epiph. Quid deniq; Magi venientes dixerunt? vbi eſt qui natus eſt Rex Iudaeorum? Quid eſt hoc? Nonnetum multi antea Reges erant nati Iudaeorum: Quid tantopere aliena gentis Regem noſſe? & adorare cupierunt? Vidimus enim, inquit, ſtellam eius in Oriente & venimus adorare eum. Nunquam hoc tanta devotione requirerent, tantopietatis affectu deſiderarent: niſi eum agnoſcerent Regem Iudaeorum, qui Rex eſt etiam ſeculorum.

Et Sermone ſecundo, Maniſteſtatum eſſe his, qui prope, & hu qui longe. Maniſteſtatum igitur nec illis doctis, nec iſti ſuſti. Et ſermone 6. Sed hodie de iſtu loquendum eſt, quos de re-adorant, motu terræ ſides duxit ad Chriſtum. Venerunt enim & quaſi-ergo Meſſiam agnoſcant ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Annun-erunt. ciant & interrogant, credunt & quarunt, tanquam ſigni-erunt. fiant eos qui ambulant per fidem, & deſiderant ſpeciem. Quid ſi Chriſtum putabant ignarum eius, quod age-erunt. retur, videat Caluinus, ne forte cauſam ſuam matri e-ius commendarint, olim memorem beneficii, & ad-uocatam ſuam.

VERSVS 4.

Et congregans omnes principes sacer-
dotum, & ſcribas populi ſciſcita-
batur ab eis vbi Chriſtus naſce-
retur.

QVÆSTIO I.

Quale Concilium Herodes conuocat?

Territur
Herodes.

Scriba.

Tenite do-
ctores alijs

Qua in re
Doctores
ſimiles
Phariſæi.

§. 1. **H**erodes diuinæ legis & promiſſionum om-
nium ex æquo contemptor; nouo mago um
aduentu, & ſtellæ miraculo territur. Sacerdotes vt le-
gis gnaros, & ſcribas conuocat non omnes ſed prin-
cipes ſeu primarios. Eant enim vices deſcriptæ per ſa-
milias, & ſui ſingulis principes. Scribæ olim regibus
apparebant, eratque magnæ illorum dignitas, qualis
nunc eſt ſecretariorum, ſyndicorum, Cancellariorum.
2. Reg. 9. 3. & 20. 25. & 4. Reg. 12. 10. & 12. 3. Fue-
runt tamen alij minore dignitate: qui contraſcribis,
reſtamentiſtis, geſtis ſcribendis operam impendebant;
Qualis nunc eſt notariorum munus. At hoc loco ſcri-
bæ ſunt quos vocamus ſeu legiſperitos appellat, popu-
li Doctores. Quos Rabbinum magnam partem è Si-
meonis tribu ſuiſſe arbitrantur. Sed non eſt dubium
ex omnibus, præcipue tamen Leuitica Doctores
gentis fuiſſe. Nam cum decimis & oblationibus vive-
rent, & ſacri miniſterij dicat eſſe, nt, vocatio & ſa-
cultas ad Dei legem conſiderandam impellebat. Ge-
nebrardus Phariſæis Theologos comparauit, quia pe-
nitentiæ myſteria ſcripturarum ſcrutabantur; ſcribis canoniciſtis
qui leges ciuiles, & Moſaicas ſecundum corricem curabant.
Hic inſultrat Beza, & omnia ſcribarum & Phariſæo-
rum vitia in Catholicos tranſiſſe a bitratur, nec o-
uum ouo tam ſimile, quam hos illis affirmat. At
Genebrardus de ordine, vocatione, officio loquitur.
Ipſe Beza ait ſcribas populi, ſe ſelectos ex illo ordine
nonnullos, qui primarijs ſacerdotibus adiuncti, Ec-
cleſiaſticum cœrum explebant. Nonne idem Beza
obiicere Genebrardus poſſet ipſum ex ſacerdotum &
ſcribarum cœtu conſiſtorium Caluiniſtarum exſtrue-
re; ſcimus ſuper Cathedram Moſis illos ſediſſe, & nūc
quoque regi ſcitanti Dei oracula recte reſponſiſſe;
poſteri illorum Chriſto docente in lapidem impege-
runt, Ambitione & auaritia cœcati. Quod etiam Cal-
uinus ſatis intellexit: cum ait; nunc ſincere reſponſiſſe; po-

ſtea ſurioſe ſcripturam corrumpere conatos. Vbi tamen quia
grauiter aberrat ſola vnius voculæ mutatione veri
præconem facile eum effecero; nam ipſius ſynagoga
conuenit, quod in nos amarulente dicit. Ita ergo ille.
Sic omnes impij in generalibus principibus Deo ſacile ſubſcribunt; Caluiniſta
ſed vbi propius eos vrgere incipit Dei veritas, contumacia ſua in auctori
vires euomunt. Cuius rei hodie illuſtre cernimus exemplum in recidant.
Papiſtis, [vere Caluiniſtis,] Chriſtum enim ſine controuerſia
ſacerdotum vniuerſum Dei Filium, carne noſtra indutum, & in
duabus naturis vnam Dei & hominis perſonam agnoſcunt; ſed
vbi ventum eſt ad Chriſti virtutem & officiū, mox ardet con-
ſiliis: quia in ordinem ſe cogi non ſuſtinent, ac multo minus
in nihilum redigi. In ſumma, quatenus nihil ſibi decedere puta-
bunt impij, Deo & ſcriptura aliquid reuerentiæ concedent? Sed
vbi conſerſis manibus cum ambitione, auaritia, ſaſtu, peruerſa
fiducia, hypocriſi & fraudibus conſiſtit Chriſtus, tunc omnis affectus
modeste obliſi in rabiem ſeruntur. Sciamus ergo hoſtibus re-
xatati præcipuum excauationis cauſam eſſe prauos affectus, qui hæretici
lucem in tenebras conuertunt.

VERSVS 6.

Et tu Bethlehem terra Iuda nequa-
quam minima es in principibus
Iuda, ex te enim exiet dux, qui re-
gat populum meum Iſrael.

QVÆSTIO I.

Qua lectio & interpretatio huius loci?

§. 1. **M**ultorum reprehensiones Matthæus incur-
rit citatione Michææ Prophete §. 1. contra-
rium enim in teſtimonio, & in eius productore vide-
tur dici. Dicit enim Propheta: minima es, Matthæus:
nequaquam minima, Propheta, in millibus, Matthæus,
in principibus. Textus Michææ ita habet. וְאַתָּה
בְּתֻלְיָה מְאֵלָה בְּיָמֵינוּ מְאֵלָה בְּיָמֵינוּ מְאֵלָה בְּיָמֵינוּ
בְּמִן לְךָ יֵצֵא מֶלֶךְ וְיָרֵד מִן הַר צִיּוֹן וְיָרֵד מִן הַר צִיּוֹן
וְיָרֵד מִן הַר צִיּוֹן

Vetus interpres ita reddidit: Et tu Bethlehem Ephra-
ta parvulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui ſit
dominator in Iſrael. Vbi duæ alæ diſcrepantiæ, quod
dicatur: Ephratha, & addatur, Mihi, non admodum
graves ſunt, vt oſtendam. Septuaginta verſio variat,
ordinaria ita habet. καὶ σὺ οὐκ ἐστὶς βεθλεὲμ, τὸ
ἐφραθὰ ἐκ τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Ἰσραὴλ, ἐκ τῶν ἐξ-
λεσθέντων τῶν ἐν αὐτῇ εἰς ἀρχὴν καὶ τῶν ἱερέων. Et tu domus
Bethlemi (viri nomen eſt) Ephrathæ, [& hoc viri no-
men] parvulus, vt ſis in millibus Iuda, ex te exibit, vt ſis in
principem in Iſrael. Vbi à Matthæo præter alia etiam diſ-
fert, quod vocet domum Bethlehemi, & Ephrathæ,
nam ſingulis proponit articulum τῶν, vt virorum pro-
pria nomina indicet. Chaldaicus interpres de Chriſto
maniſteſte interpretatur.

וְאַתָּה בְּתֻלְיָה מְאֵלָה בְּיָמֵינוּ מְאֵלָה בְּיָמֵינוּ מְאֵלָה בְּיָמֵינוּ
בְּמִן לְךָ יֵצֵא מֶלֶךְ וְיָרֵד מִן הַר צִיּוֹן וְיָרֵד מִן הַר צִיּוֹן
וְיָרֵד מִן הַר צִיּוֹן

Et tu Bethlehem Ephrata, que parua fuiſti ad numeran-
dum in millibus domus Iuda, ex te coram me egredietur Meſ-
ſias, vt ſit exercens dominium ſuper Iſrael. Ita Thargum
Ionathæ. Vbi clare ait, parvam fuiſſe, quam nunc ma-
gnam prædicit. Deinde ducem, ſeu dominatorem,
vocat Meſſiam, qui ſit dominaturus. Denique He-
braum בְּתֻלְיָה, expoſuit, coram me. Syrus interpres Syrus cum
cum Matthæo conuenit, niſi, quod pro & ponat Chaldaeo
etiam pro, minima, בְּתֻלָּה anguſtiſſa, pro principibus, de Meſſia
בְּתֻלָּה in regibus, pro ducē בְּתֻלָּה tex.

Hæc igitur verba ſic apud Matthæum leguntur. καὶ σὺ βεθ-
λεὲμ γὰρ Ἰσραὴλ ἐλάττω ἐστὶς ἐν ταῖς χίλις τοῦ Ἰσραὴλ ἐν σὺν
ἐξέ-